



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De perseuerantia. Cap. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

1 **O** Raculum æternæ veritatis est; Qui perseuerauerit vsque in finē, saluus erit: quasi diceret: parum prodest validè incipere; virtutes diu colere, diligentiam quoque diu adhibere; si tenor hic ad mortem vsque non procurat.

2 Quapropter cum fastigium totius edificij perseuerantia sit: æquum est eius meditatione tractatum de virtutibus absoluere.

3 Est autem perseuerantia virtus, quæ quis firmiter statuit vsque in finem in bono persistere: & ingenio virili, utpote fortitudinis pars prædita, contra diurnitatem, quæ cor hominis frangitur, depugnat.

4 Habet constantiæ virtutem affinem, quæ armatur aduersus impedimenta, quæ perseuerantiæ obstant: & licet non omnes, qui virtutem hanc adepti sunt, in bono vsque ad finem vitæ permanent; quod ob eorum culpam desit eis magnum illud perseuerantiæ donum, quod

quod auxilio, & protectione diuina cō-
stat; est tamen virtus hæc ad eam per-
mansionem opportunissima: confert e-
nim, vt præstet homo, cum auxilio gra-
tiæ, quæ potest: quæ si præstiterit, per Deū
nō stabit, quin vsq; ad obitū perseueret.

5 Quanta verò sit huius virtutis gene-
rissimæ dignitas, vel ex allata eius de-
scriptione perspicitur: à curs^o animi prin-
cipio viam virtutū totā desiderij gres-
su percurrit, & perennem fidelitatem
iurat: quod quàm sit excelsum, & nobi-
lissima Dei natura dignum, nemo est,
qui possit ignorare.

6 Non videtur firmissima virtus hæc
animi deliquia ferre posse, quia victo-
riam, & palmam, quibus excitatur, præ-
oculis semper habet: quod Iesu Christi
cultores ad ei^o amorem plurimum de-
bet vrgere.

7 Quid, quod sanè hac omnium diui-
tiarum iactura fit, & à contrario huius-
vi opes meritorum in thesauris recon-
duntur æternis? vbi neque erugo, neq;
tinea demolitur; vbi fures nō effodiūt,
nec furātur: à quibus certè funestissimis
euētib^o, quādiu virt^o illa cœlo trophœū
non

non infert, animus immunis esse nequit.
 8 Quid verò de perseverantiæ gaudijs
 adjiciemus? nulla enim maiora, nulla
 pinguiora solatia sunt: nec solum in ex-
 itu vitæ huius, sed longinquius à portu,
 ipsa propositi firmitate magnoperè ani-
 mū delectat. Spem quippè vehementer
 excitat, & quasi de præseti victoria gau-
 dia creat, sicut fontis vitæ stillicidia stil-
 lantia super terram.

6 Nec mirum. Si enim scelestissimus
 peccator, qui se sacra Confessione pur-
 gavit, quasi qui è morbo convaluit, sa-
 nitatis bonum sentiēs, bono habitu, qui
 spem salutis æternæ generat, lætatur: quan-
 tò sit auctior lætitia eius, qui bonum il-
 lum habitum multis accessibus au-
 ctum, perseverantiæ firmitudine, ad ex-
 itum vsque se producturum certissimè
 sperat.

10 Quid, quòd Clementissimus Deus
 eos, qui diu in bono perstiterunt, tamen-
 si cursum non confecerint, multis re-
 creat solatijs, & filiorum pane cõfirmat:
 quod creberrima exempla demõstrat.
 Enitatur ergò Fratres nostri virtute
 hac omniū periculorū expultrice deco-
 rari;

rari; vt eius frequenrissimis actibus cor
in dies singulos ad permanfionem sta-
bilire: sed actus virtutis proferamus.

Exemplum.

12 **V**irtutis huius externos actus, p-
ponere, non oportebit: cum e-
nim eius potissimum opus fit, animum
ad permanfionem fulcire; & perman-
fio ipsa vnus modi tota fit, exceptis ob-
staculis, quæ constantia depellit: satis e-
rit monere, quoties aliquid mœstum, ar-
duum, asperum, & vniuersè quoties ali-
quod impedimentum obstat, actus, qui
tunc ad victoriam producuntur, si spe-
rentur, quæ impedimenta instantia pro-
pulsant, esse actus constantiæ, si verò, quæ
permanfionem proposito, & continua-
tione retinent, esse actus perseuerantiæ.
Siue ergò verè impedimenta ingruant,
siue solùm obstare posse cogitentur, hu-
iusmodi actus erunt.

13 Clementissime Deus, firmissimè sta-
tuo, me vsque ad mortem tibi famula-
turum.

Fidelissime Domine, si per annos mil-
le, in hac vita molestissima lab. radū ef-
set, à proposito tibi vacādi nō desisterē.

Miseri-

Misericordissime Deus, absit à me, vt ob vllam aduersitatem consilium mutem.

Potius, amantissime Domine, vrime finam, quàm ab instituto defistam.

Etsi oporteret, benignissime Deus, vniuersis mundi miserijs obrui, nunquàm de alio statu cogitarem.

Vtinàm, desideratissime Domine, moriar, ante quam à te recedam.

Mihi certè adhærere tibi, Domine, bonum est: propterea peréniter adhærebo.

Donec superest halitus in me, à te nō diuellar.

14 Actus hi semper vtilēs, sed vbitantationes deserviunt, & rationes humanæ, vel in speciē virtutis fucate succurrunt, necessarij sunt: quapropter Fratres nostri ad bellitē tempus, se in pacis tranquillitate præcingant: nè imparatos repentinus aliquis turbo prosternat.

15 At fortasse dicent rem esse difficilē; sed nunquid rerum difficultates grauiores homines studio mundi addictos à perseuerantia deterrent? Quot viri excelso loco nati, docti, honore digni, per annos viginti, triginta, & plures, in aulis
Ponti-

Pontificum, & Regum quærentes, & pulsantes consenescent, & vel spe cadunt vel exili mercede torquentur? Quin etiam quot eiusmodi viri, qui, si Deo vacassent, sanctitate niterent, & æternis afflueret diuitijs, præmoriuntur ipsis Principibus, in quibus spem collocarant, & in æternum intereunt? Quot ergo facilius, suauius, & fructuosius sit, in claustro permanere, ac inde ad coronam, compendio multo transire?

16 Quod verò ad pericula, quæ à diurnitate, ab hostibus, à fragilitate imminere finguntur, attinet, num ab Indiz nauigatione tot classium naufragia, tot auri ponderum iactura eosdè, quos Deus illis periculis eripuit, vnquã auertit? Mirum est, quàm audacter cum Oceano luctentur, & quot sudoribus, & doloribus afflicti persistant, Quomodo, postquam bis, aut ter è mortis fluctibus erecti sunt, aliam viuendi rationem nõ ineunt: sed proteruo corde perdurant?

17 Profectò illorum iniquitas, cultorũ Iesu Christi doctrina est: si enim ter, vel quater morti eripiuntur, post nauigationes tandem multas, cum satis mundo

mundo

re, vt
mu-
ime
is, v-
quã
mo-
nte,
rebo
e nõ
antè
anz,
unt,
no-
quil-
enti-
cilè;
aut-
tos à
ex-
per
ulis
anti-

mundo diuites, domū redire, ac requi-
 escere cogitant, procella vltice sorben-
 tur: quantò igitur honestius, & tutius
 sit, quamuis tentamenta incumbant, &
 anxietates vexent, eum cursum tenere,
 qui nullum potest creare naufragium?
 18 Certe permansionis honestatem, cō-
 traria turpitudine demonstrat. equissimo
 quippe Dei iudicio factum est, vt ea de-
 formitas inter vitia omnia se insigniter
 proderet, adeò, vt & homines non ad-
 modum studiosi, inconstantiam ferre
 non possint. Hinc est, vt si quis à Clau-
 stro destitit, omnes, qui vident, incipiāt
 illudere ei dicentes: Hic homo cœpit æ-
 dificare, & non potuit consummare.
 19 Sanè & de ormitatem hanc ingen-
 tia damna subsequuntur: quæ & in rerū
 temporalium ambitione conspicimus:
 vix enim nuse millibus à disciplina
 quauis, quam bono consilio iniuit, sen-
 tētia mutata, desistit, qui in alia progres-
 sus faciat: Leo per ea damna significan-
 te, quam bonorum iacturam, qui ab eo
 vocati resiliunt, passuri sint: quo enim
 ibunt? Certe cum die quadam Iesus
 Christus vera salus, & vita nostra, dif-
 ci-

cipulis grauiter dixisset : Et vos vultis abire? Petrus illo iaculo sauciatus respondit Quò ibimus? Verba enim vitæ æternæ habes. Etenim à vita non nisi ad mortem recedi potest.

20 Propter hoc, quos Deus vocatione indignos & abire volentes abiecit, umbra quadam mortis & interitus æterni signo quasi diaboli mancipia stigmatè notata lægidos, timidos, emortuos Cain sequaces, euagari, non sine dolore, videmus: quorum tamen calamitatè, & mortem non multis lachrymis prosequi possumus, aiente Deo Samueli. Usquequò tu luges Saul, cum ego proiecerim eum? Impensius de aliorum subrogatione lætandum, quàm de infidelium repellè dolendum est; sicut maior de Dauid electo lætitia, quàm de Saul reprobo mœstitia concepta fuit.

22 Cæterum perseverantiæ vim, dignitatem, ac fructū procul dubio immensum frustrà nitimur exprimere; cum ea bona, non nisi peracto vitæ curriculo cognosci possint. Quanta, obsecro lætitiæ vis sub mortem erit, cum verus Iesu Christi miles, qui diu in claustrò latuit,

latuit,

est : quòd suavis hæc in clauſtro per-
 manſio, tam fœlicem fit exitum fortitu-
 ra? Nonne vniuerſas mundi calamitates
 auidè exhaurire par eſſet, vt tam fauſto
 ſine clauderentur? Dent igitur Fratres
 noſtri, vt laborum finè, ab ipſo ingreſ-
 ſu, mente conceptū ſeruent: vt ad om-
 nem aduerſitatem ſuperandam armati,
 quam impenſius expetunt, coronam ac-
 quirant.

De vitijs capitalibus.

Cap. XXI.

Quamuis in tractatu virtutum vi-
 tijijs contrarijs elidendis oppor-
 tunam poſuerimus armaturam, è re no-
 ſtra eſt, principalia vitiorum capita in
 locum vnum coagmētare, vt in ea per-
 noſcere, ac expugnare illorum ſede cō-
 modius inuenta, & cum virtutum ca-
 pitibus collocata Fratres noſtri facilius
 poſſint.

2 Cum verò in tradenda virtutum do-
 ctrina, vitiorum meminiffe, ac eorum
 deformitatem, modumque purgandi
 oſtendere oportuerit, breui quadam, &
 ad noſtrum inſtitutum appoſita, eorum

O

ex-

latuit, & cum principibus, & potestati-
bus tenebrarū harum, creberrimē con-
gressus est? oculos in antea tum vitæ
cursum reflectens, innumeras victorias
se reportasse, ac pro Deo se fortiter ste-
tisse videbit? Tūc sanè videbit, & afflu-
et & mirabitur, & dilatabitur cor eius,
illucescente iam gloria, & pretiosissima
corona, & cādidissima veste, quam per-
seueranter exquisiuit.

23 Tunc saliet, quasi Cervus, qui clau-
dus, & ad gradiendum ineptus præ la-
borum pondere videbatur; tunc,
que transactis mœroribus claudebatur,
aperta erit lingua mutorum: tūc anima
quæ derelictione Dei fontis viui, exa-
ruisse videbatur, erit in stagna, & sitiens
in fontes aquarū: tāta quippè diuinæ cō-
solationis vbertate foecūdabitur; vt læ-
teſ deserta, & inuia, & exulter solitudo.

24 Quid, obsecro, sentiet verus perse-
uerantiæ cultor, cum Iesus Christ⁹ qua-
si splendidissimus sol animæ illum cu-
pienti affulgebit, & præ omni magnitu-
dine ad thalamum æternarū deliciarū
inuitabit aiēs: Veni electa mea, & ponā
in te thronū meū? Ergone credēdū
est.